Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

legem tuam non sum oblitus. Media noctis
surgebam ad confitendum tibi super iudicia
iustificationis tue. Participes ego sum omnium
timentium te et custodientium mandata
tua. Misericordia tua domine plena est terra iustificatio
nes tuas doce me. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine
secundum uerbum tuum. Bonitatem et
disciplinam et scientiam doce me quia man
datis tuis credidi. Priusquam humiliarer
ego deliqui propterea eloquium tuum custo
diui. Bonus es tu et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas. Multiplicata est super
me iniquitas superborum ego autem in toto corde
seruabor mandata tua. Coagulatum est
sicut lac cor eorum ego uero legem tuam medita
tus sum. Bonum mihi quia humiliasti
me ut discam iustificationes tuas. Bonum
mihi lex oris tui super milia auri et argenti.
Manus tue fecerunt me et plasmauerunt me. Da
da mihi intellectum ut discam mandata

Bclavis
David